Pfeffer de Wydenberg, Johannes: Directorium sacerdotale
[Basel: Johann Besicken, after 20 Dec. 1482] Seite 42



bēt laicos ī ecclesia sua cōstituere yconomos qui scilicet reb⁹ ecclesie presunt vel vice dāpnos qui scilicȝ presunt rebus episcopi sed clericos probatos eiusdeȝ ecclesie octuagesima nona distinctione capitulo volumus. vbi dicit canon volumus vt frater noster pascasius vice domini Glosa idest yconomum rerum episcopalium scilicet qui rebus episcopalib⁹ et hospitibus superuenientibus prouideat clericum ydoneum existere. Quia secunduȝ glosam nō potest episcopus in propria persona tractare talia negotia vt quinta questione tercia quia episcopus. sed diceres an episcopus possit congrue dispensationem rerum ecclesie propinquis suis cōmittere Responsio si mali sint nec etiam nō aliĳs sibi fauore humano aut inhoneste coniunctis ꝙ si fecerint peccāt et debet excōmunicationi annue subiacere octuagesima nona distictione capitulo decenter duodecima questione prima episcopus ecclesiasticarum. dicitur notāter si male sint quia si fideles ⁊ boni sunt secūdum quosdam videntur aliĳs preferri si necessariĳ sint ita tamen ꝙ causam prestet natura non gracia idest non vt ditentur propter carnalem amorem sed vt pascantur propter car-
xxviij nis sustentacionem ꝛc. Sed diceres an melius sit prelatis sollicitari circa multiplicationem temperalium aut īsistendo cure pastorali habita dispensare Responsio sancti thome in quadam questione de quolibet ꝙ hec questio aut loquitur pro statu conmuni. aut pro casu vel necessitate aliq̄. speciali. si ꝑmomodo sollitudo propria prelati et precipua debet esse circa gregis custodiam. orando. predicando. sacramenta dispensando. et sua iuxta ꝙ res exigit errogando. multiplicacio autem temperalium potest exerceri dupliciter vel oportunitate se offerente sine spiritualium notabili dampno vel non. Primo modo pium est ea mltiplicare ad vtilitatem ecclesie sicut paulinus legitur fecisse. si vero non se offert oportunitas nullatinus licet ei se ipsum distractioni ingerere et propter hoc secularibus occupare tamen inpedimento notabili in cuius rei exemplum apostoli primo dimiserunt omnia. secundo etiam dispensationes cōmunium Actū. septimo vnde canō dicit Episcopus nullam rei familiarum curā habare debet sed tantum intendere lectioni orationi. et predicationi. et quia cura eciam ī cumbit minoribus licet nō equalis tenentur a contractatione terrenorum se subtrahere nisi quantum manifesta requirit necessitas. vnde gregorius primo ī pastorali capitulo q̄rto cum plus quam necesse est se meus exterioribus inplicat quasi obligata in itinere obliuiscitur quo tendat et hoc precipue quia debet vacare scripturis sāctis vt docet augustinus ad valerium et gregorium in libro de cura pastorali in fine primi libri tamen in casu magne necessitatis magis esset vacandū huiusmodi quam cōmune fiat quia spiritualia in presenti sine temporalibus diu persistere non possunt cōcordat idem secunda secunde questōne ꝑma octuagesima articulo quarto Et tantum de rebus temperalib⁹ et negotio earum.

Sed diceres nnuc de potestate episcoporum que sit potestas eorum Responsio Reychardi libro tercio de differencĳs officiorum titulo vicesimoseptimo. §. quinto episcopi subsunt metropolitāis vt nichil possunt statuere vel disponere de hĳs que spectant ad conmunem statum prouincie absq̧ metropolitano. Sicut nec econuerso. Metropolitanus absque concilio episcoporum

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-585/0042
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG